



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Justus Episc. Conf. 2. Septembris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

alterum gaudendum tibi esse, si quando ab aliis nibili pendaris, pluris siquidem non vales, alterum ægrè admittendos esse honores, cum clarè nôris iis indignum te esse, nullam itaque honoris adipiscendi venêris occasionem. Ne respicias virtutem tuam, egregias dotes? recte facta: sed considera nihilum tuum, & peccata tua. Soli electi bona sua non vident, qua in se vivenda omnibus ad exemplum præbent. Gregor.

3. Cum demum te (ut dictum est) depresso, cave putas grande quidpiam fecisse; etenim quidquid dixeris ad tuam depressionem, veritatem attigisti, non explesti, quidquid feceris, vix tuo functus eris officio, erisque sen. per servus inutilis.

## S. JUSTUS EPISC. CONF.

2. Septembris.

*Qui justus est justificetur: Et sanctus  
sanctificetur adhuc. Apoc. cap. 22.*

M ulti J U S T I nomen habent, rem non  
habent. Hic in infantia JUSTUS fuit,  
cùm parentem injustè adulterii suspectam,  
defendit, mox ab ortu suo, prodigiosè lo-  
quendo, testatus, comitem Andegavensem,  
matris suæ legitimum conjugem, patrem  
suum esse. Et hæc crediderim origo est, unde  
omnes, ex illustrissima comitum Turnen-  
sium familia, ab hoc JUSTO, JUSTI cogno-

K 5

men

men retinent. Sed facta sancti spectem  
Lugduni cum Episcopus praeslet, rabiosus  
quidam, qui multos furiosè læserat, ut per  
sequentes evaderet, in templum confugit  
à cuius asylo, cum eum extrahere non aude-  
rent Adversarii, multis, quamvis fictis, im-  
punitatis sponsonibus institere apud JUS-  
TUM praesulem, ut è templo eum profuguo  
emitteret, qui, ut bona mentes alios su-  
pede metiuntur, quia credidit, reo exitum  
securitatis factâ fiduciâ, facile persuasit, a  
vix limina egressum perfidi vulneribus conse-  
cere. Hinc tantus, licet innocentem praesu-  
lem, pervasit dolor, et velut insulâ indignus  
homicidiique reus, Massiliam primò, inde  
in Ægyptum transfugerit, rigidissimâ in de-  
serto vitâ, noxam expiaturus, ibidemque ad  
mortem usque eremiticam professus fandi  
oblitus plusquam JUSTUS: qui se ultroneam  
pro alieno peccato victimam Deo immolavit  
*Suffrenus ex Mart. Gallico Susay.*

## M E D I T A T I O.

*De Justitia.*

**I.** **T**ime divinam justitiam, utpote quæ terribilis  
futura sit in altera vita, in praesenti quidem mi-  
sericordia temperatur; tunc vero mera justitia Quid  
me fiet & quissimè? si intraveris in judicium cum seruo

tuo?

mo? nunc anima mea! esto tuj judex & tortor: nunc  
patere corpus, nam in quantum non pepercis tibi, in  
tantum tibi Deus (crede) parcer. Tertull.

2. Si quando Sermo fit de aliis æquiorem te illis  
præbeas, eorum de rebus loquere perinde ac si tuæ  
essent. Si te audiamus, quidquid agis, est perfectissi-  
mum, imperfectum verò, quidquid agunt alii parum  
æquitatis & multum superbiæ est in hoc judicio. Si  
plus Deum & proximum, minus verò te amares,  
nunquam male de proximo tuo loquereris. Omnes  
intelligent esse te hominem rectum & justum.

3. Laboraut indies Justior & Sanctior fias. Im-  
memor bonorum operum, & peccatorum tuorum  
memor agere pœnitentiam, ut tua possis luere pec-  
cata. Vide quam parùm Christum & Sanctos imite-  
ris. Compara vitam tuam cum tot piorum hominum,  
quorum virtus tibi perspecta est & erubescet, quod  
adhuc tam grandis tibi restet via ad Sanctitatem. Pro-  
gredere, non est hic quieti locus. In via vita non progre-  
di regredi est, cum nihil in eodem statu remaneat. Bern.

## S. SERAPIA V. M.

3. Septembri.

Opus suum probet unusquisque &  
sic in semetipso tantam gloriam  
habebit, & non in altero. Paul, ad  
Galat. 6.

Ille